declaratur,alioquin nisi eius daretur ſpecies, foret (ex prima cap.3.& quinta ſect.huius cap.) incertus: potuit enim aliter fuiſſe 137.30.1′. Habebis etiam ſic angulum I.Z.P. 37.13′.22″, quo ex I.Z.S.157.38′.11′. ablato, relinquitur reliquus quæſitus angulus P.Z.S.120.24′.49″. Habebis denique & I.P. 63.33′.31″, quo ex I.S.132.33′.31″. ablato,remanet quæſitum latus P.S. 69.

Eaſdem etiam metas attinges ſi beneficio perpendicularis Z.M. primi ſchematis,partium logiſticen quæſiueris.

## *ADMONITIO.*

PRæcedentis tertij & huius quarti exemplorum imitatione,octodecim variæ ſoluuntur huius & cuiuſque trianguli quæſtiones.Ex datis enim (vt in tertio exemplo) eleuatione poli,altitudine ſolis,& hora diei, habetur primò plaga ſolis,ſecundò angulus poſitionis ſolis, tertiò declinatio ſolis, Item datis (vt in hoc quarto exemplo) eleuatione poli,altitudine ſolis, & angulo poſitionis ſolis, habetur quartò plaga ſolis,quinto hora diei,ſexto declinatio ſolis. Item datis altitudine ſolis, declinatione ſolis, & hora diei, habetur ſeptimò angulus poſitionis ſolis,octauò plaga ſolis,nonò eleuatio poli,Item datis altitudine ſolis,declinatione ſolis,& plaga ſolis, habetur decimò angulus poſitionis ſolis,vndecimò hora diei, duodecimò eleuatio poli.Item datis declinatione ſolis, eleuatione poli, & angulo poſitionis ſolis, habetur decimotertiò plaga ſolis,decimoquartò altitudo ſolis, decimoquintò hora diei. Item datis declinatione ſolis, eleuatione poli, & plaga ſolis habetur decimoſextò hora diei,decimoſeptimò angulus poſitionis ſolis,& decimo-octauò altitudo ſolis.

*Quintum exemplum duorum datorum angulorum, quorum quadranti propinquiorem latus datum ſubtendit.*

TRianguli P.Z.S. primi ſchematis,dentur anguli P.S.Z. 31, 6′.5″.& eo quadranti propinquior S.P.Z. 42.29′.59″. cum latere Z.S.47 hunc ſubtendente.Ex quibus P.S.Z.& S.Z. habetur (per nonam quarti huius) perpendicularis Z.M. 22.11′. 47″.&



47″.& ceteræ partes quadrantalis S.Z.M. ſcilicet M.Z.S. 67. 38′.11′ & M.S. 42.33′.31′. Sicut & ex perpendiculari hoc cum dato Z.P.S.ſeu Z.P.M.angulo,habentur partes omnes quadrantalis Z.M.P. Scilicet primò latus quæſitum P.Z. certiſſimè enim ſcitur hoc (per 2.ſentent.cap.3.huius) minus quadrante,videlicet eſſe 34. non autem eſſe 146. Deinde habetur P.Z. M.52.46′.38″. quo ad S.Z.M.67.38′.11′.addito fit quæſitus angulus P.Z.S.120.24′.49″. Vltimò habetur P.M. 26.26′.29″. quo ad M.S.42.33′.31′. addito, fit reliquum latus quæſitum P.S.69. Has etiam ipſas partes aliter (ſi mauis) ex duobus proximè præcedentis Schematis quadrantalibus Z.I.S.& Z.I.P. acquirere poteris.

*Sextum exemplum duorum datorum angulorum,quorum quadranti minus propinquum ſubtendit latus datum,magis autem propinquum ſubtendit latus datæ tantum ſpeciei.*

TRianguli P.Z.S.primi Schematis dentur anguli Z.P.S. 42.29′.59″.& eo quadranti minus propinquus Z.S.P.31.6′.5″. cum eum ſubtendente latere P.Z.34.Deturque quod angulum Z.P.S.ſubtendens, (ſcilicet latus Z.S.) ſit ſpecie minus quadrante.Ex his datis quæratur perpendicularis Z.M. 22.11′. 47″. & cæteræ quadrantalis P.Z.M.partes, ſcilicet P.Z.M. 52.46′. 38″ & P.M.26.26′.29″ Sicut & ex perpendiculari hoc cum dato Z.S.M. ſeu. Z.S.P.31.6′.5″ quærantur partes omnes quadrantalis Z.M.S.ſcilicet primò latus optatum Z.S. 47.quia ex hypotheſi expreſsè quadrante minus declarantur, alioquin potuit fuiſſe 133.Nam (per 1.cap.3.& quintam huius) incertum eſt niſi eius expreſsè detur ſpecies. Deinde angulus M.Z.S.67. 38.11′.quo ad M.Z.P. 52.46.38″.addito fit optatus angulus P.Z. S.120.24.49″ Denique habetur S.M.42.33′.31′. Quo ad P.M. 26.26.29″ addito,fit optata baſis P.S.69. Eadem etiam partes ex duobus quadrantalibus P.H.Z.& S.H.Z. ſecundi ſchematis,quàm facillimè acquirere poteris.

AD